



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

De mediis quæ assumuntur ad peccatum, §. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

§. 10.

*De mediis, quæ assumuntur
ad peccatum.*

66 **T**Riplicis generis esse possunt media. Primò indifferentia, ut ambulare, condescendere equum, &c. ad occidendum. Secundò mala, sed diversæ speciei à peccato, quod ultimo intenditur, ut furari ad finem occidendi: Magos consuleri ad adulterandum; Tertio mala, sed ejusdem speciei; ut turpiter colloqui, osculari tangere ad fornicandum.

*a Coninch
de pœnst.
d. 7. dub. 7*

67 Quoad media primi generis non est necesse explicare, quænam media fuerint assumpta ad peccandum. Vnde in prædicto exemplo satis est dicere, Conatus sum inimicum occidere.

68 Quoad

68 Quoad illa, quæ secundi sunt generis, necesse est omnino ejusmodi media declarare; si- quidem habent malitiam diver- sam specie, novumque specie peccatum committitur. Qua ra- tione hæc media, separatimne, an conjunctim cum fine sint ne- cessariò explicanda, dicam infra §. sequenti.

b *Coninck*
ibid.

69 Huc reduco si forte quis medium adhibeat, aliquem in- ducendo, ut ab ipso adjuvetur ad peccandum, verbi gratia, ad oc- cidendum: certè tunc, id esse explicandum, tanquam dire- ctam inductionem proximi ad peccatum, non est dubium, c

c *Idem ib.*

70 Quid si multorum opera usus es? debes ne explicare ho- rum numerum, vel conditio- nem? Respondeo satis est si di- catur *d* in confuso, usus sum o- pera multorum ad tale pecca-

d *De Lug*
d 26. de
pæn sec 11
n. 476.

E 7 rum,

tum, verbi gratia, ad occidendum meum inimicum, sine necessitate numerandi personas, vel explicandi personarum condiciones. Excipe unum casum in conditione, & alterum in numero.

71 In conditione, quando ratione actionis talis personæ inductæ, peccatum, ad quod inducis differret specie; verbi gratia, usus es opera filii ad occidendum Patrem tuum inimicum; duo specie peccata commisit, utraque confitenda, alterum est homicidium, alterum est parricidium, ad quod directè induxisti filium. In numero, quando ratione distantie temporis, juxta superius dicta § 5. num. 34. multiplicata numero fuerunt tua peccata: verbi gratia, si induxisti nunc Petrum initio anni, & Paulum in fine ejusdem anni ad occidendum; tunc sunt duo actus peccaminosi numero di-

1. *Actus*

distincti, distinctim aperiendi; ac si induxisti simul in eodem actu plures, vel separatim, sed unum dependenter ab alio, ita ut, juxta supra dicta §. 5. & 6. non judicentur plures numero actus in genere moris; tunc, cum sit unum moraliter peccatum satis est, ut dixi, dicere, plures induxi unico actu, &c.

72 Iam quoad media tertii generis, est distinguendum; si enim principalis actus vel non est subsequutus, vel intentio fuisse in illis; sunt speciatim explicandi; verbi gratia, aliquis turpiter colloquitur, vel osculatur sine animo fornicandi, vel si cum animo, certe non subsequuta est fornicatio; debet illa colloquia, illaque oscula cum eo animo exhibita fateri. Ratio est quia sunt ex se peccata, nec nisi ea in particulari aperiendo, explicari possunt. Si verò principalis actus intendatur, sequaturque;

turque; satis est ipsum actum fa-
teri: verbi gratia, si quis quam-
piam turpiter tangat, osculetur-
que ante ipsum actum copulæ,
immo & post copulam profequa-
tur oscula, tactus, &c. sine or-
dine ad aliam secundam copu-
lam; Dico satis esse, ex probabili
sententia, e si dicat semel forni-
catus sum. Ratio est quia in ipso
principali actu satis explicantur
ea præcedentia, vel consequen-
tia, quæ actum comitari consue-
verunt, quæque actum ipsum
non extrahunt ad aliam spe-
ciem; nam hæc ad summum ag-
gravant intra eandem, quæ non
sunt necessario explicanda, ut
paulo post dicitur, §. 18. de cir-
cumstantiis aggravantibus. Di-
xi, sine ordine ad aliam secun-
dam copulam; tunc enim certò
essent explicanda: quia jam
committis aliud numero pecca-
tum.

e Navar.
aliq; cit.
à De Lugo
d. 16. sec. 16
à n. 555.

§. II. De

73
exer
sit e
sam
vel
tali
sole
com
prop
stud
adul
7
vus;
sit e
bet.
casu
in
Qua
Miss